



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Assertio Omnium Articvlorvm M. Lvtheri, Per Bvllam Leonis X. Novissimam Damnatorvm

Luther, Martin

[Basel], 1521

VD16 L 3876

Decimvs Septimvs. Thesauri Ecclesiae unde Papa dat indulgentias, non
sunt merita Christi & sanctorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-33308

ARTICVLORVM DAMNATORVM

non oēs de uno calice uult participare, resistēs tū Christo, tum Paulo & uniuersæ Ecclīæ dei, tm̄ ut mysteriū iniquitatis suæ operet̄ filius ille perditionis & hō peccati.

DECIMVS SEPTIMVS.

Thesauri Ecclesiæ unde Papa dat indulgentias, non sunt merita Christi & sanctorum.

Merita xp̄i.

Hunc pbauit sic: Quia merita Christi sunt res uiuæ spiritalis & sacra, quæ iustificat cor. Qui enim manducat carnem meā & bibit sanguinem meum, uiuet in æternum. Verba & opera Christi omnibus sunt salutaria ad uitam, quicumq; ea apprehenderint, nec possunt nisi fide apprehendi, ideo nec ullus hominum habet ea in potestate sua, nisi solus ipse, indulgentiæ autem sunt remissiones satisfactionis, quæ nihil faciūt ad iustificationem, ideo insignis est blasphemia, merita Christi in hoc fordidi opus mortis ponere. Præter hæc, nullis scripturis sua probant, sed sola impia illa extrauagante Cle. vj. ex opinionibus Thomæ insulsiſsimis & meris figmentis concepta.

nota Indulgentiæ.

Ad hæc, merita Christi sunt necessaria & præcepta haberi, sicut & fides, sic, j. Corint. j. dicit, nobis Christū esse dei uirtutem & dei sapiētiam, & Ro. v. nos in solo sanguine eius iustificari, & Ro. iij. ipsum positum in propitiatorium in sanguine suo. Sed indulgentiæ nec necessariae nec præceptæ sunt, sicut nec fidem habent, ideo nihil faciunt ad salutem prorsus.

Merita xp̄i accipiunt uarie.

Quod uero dicūt, merita Christi accipi dupliciter, uno modo per modum satisfactionis, alio per modum iustificationis. Respondeo, Quid mihi & istis figmentis? scio merita Christi etiam accipi hodie per modum pecuniæ; Et in quo scelerum abusu nō prætextuntur hodie merita Christi: Hac fingendi libidine quiduis e quouis facere licebit

MAR. LVTHERI ASSERTIO:

cebit, etiā deum ex ipso Satana, quod & faciunt atque fecerunt impij isti indulgenarij adultores.

DECIMVS OCTAVVS.

Indulgentiæ sunt piæ fraudes fidelium & remissiones bonorum operum. Et sunt de numero eorum quæ licent, & non de numero eorum quæ expediunt.

Erravi fateor, ubi dixi, Indulgentias esse piæ fraudes fidelium, sic enim a multis prouerbio dici audieram, quos tunc imitabar. Reuoco ergo & dico, Indulgentias esse impijssimas sceleratissimorum pontificum fraudes & imposturas, quibus & res & animas fidelium fallunt & perdunt. Sed & hanc propositionem cum præcedente & quatuor sequentibus reuocavi libro de captiuitate Babylonica.

Probaui enim superius satisfactionem aut nullam requiri a deo, aut prorsus irremissibilem esse ab homine quæ requisierit, ideo indulgentias istas prorsus nihil esse. Sic enim Adæ & Heuæ omnibusq; nobis imposuit laborem & mortem, sic occidit & percussit multos in scriptura sancta, pro peccatis: Sed & psalmo. lxxxviiij. dicit: Si peccauerint, uisitabo in uirga iniquitates eorum. Ideo merum figmentum est, quicquid de indulgentijs dictum & creditum est, non enim Papa potest hoc uerbum dei tollere. Damnant ergo psalmum istum, tum credam indulgentias aliquid esse. Sed & Heb. xij. docet Paulus, nos a deo patre disciplinari, &, j. Corinth. xj. iudicari & corripi a domino, ne damnemur. At sanctissimus ille uicarius dei in terris docet se posse tollere & remittere quæ deus imponit, tam pulchre contemnit cum principe & rege suo, sicut Belial cum Christo.

Si tamen

Indulgentiæ
quid sint.

1. diu probatū est

a quo dicitur

Et pro subditū dicit
per dicit dicit dicit
in illis